Dicendum qd incipere postqz non erat p̄t intel ligi duplr. Vno mō qd oīno incipiat esse sine transmutatione qd nec p̄cedit transmutatio cui? terminus sit per se nec cōcomitat qd transmutatur. Alio modo qd incipiat esse sine trāsmutatione: vt terminus sit per se tñ cōcomitatur aliqd ens: qm̄ per se est terminus illius. C Tunc vdm ad qōnem qd p̄mo modo est impos sibile fm̄ nām: 7 hoc sufficienter pbant rōnes dicte 7 re/ curratur ibi. C S̄cdo modo vdm qd p̄t incipere esse qd p̄us non fuit sine transmutatione que per se terminetur ad hoc: vt tangere nunc est qd duo tangant se que p̄us nō tetigerunt se sine transmutatione que terminuz per se: s; motus localis terminoz duo: 7 terminatur ad vbi: s; be ne consequi. C Similr visio fit a visu 7 prius non fuit: tñ mor? localis p̄cessit: 7 dispositio: 7 ille terminat ad vbi per se 7 ad hoc cōsequit̄ immediate 7 in instāti visio. ratio huius possibile est motū incipere postqz non erat: qz oīa non semp mouentur: nec semp quiescunt: s; aliqñ mouē tur 7 aliquādo quiescunt: vt ps. s. phy. sed motus non est per motū qd terminet per se motū: qz motus nō est per se motus vt subiecti vel termini. s; phy. qz aliter p̄cederet in infinitū. C Notādū: quāuis motus possit incipere eē potest nō esse sine motu per se cuius sit terminus: tamē non p̄t esse nisi trāsmutatio p̄cessit i mobili vel in alio. vñ lz h; motus non sit terminus motus per se: ta men consequit̄ aliqd ens: qd per se terminat motum: sic Arist. declarat. s. phy. qd post somnum aliqs surgit 7 pri us p̄cesserit motus in aīali sicut consumptio humiditatis: sed tamē ille motus non est per se terminus illi?: vt dicit Aristo. 7 Lōmēta. C Itē si indiuisibile est incipit esse post non esse: 7 tñ illud esse nō acquiri per verū mo tum: qz verus motus est partē post partē alicuius perfe ctionis: donec totū perficiat. dicit Lōmē. 3. phy. sed indi uisibile nō habet partē post partē: qz tūc esset diuisibile. modo sunt aliqua entia indiuisibilia que habent esse cū p̄us non haberent vt visio p̄pletur in instāti post motū localem 7 delectatio fit in instāti quādo appropinqua tus est delectabile. 7. eth. Similr illuminatio cū sol mo uetur super hemispherium nostrū tunc fit in instāti. vnde h; fiunt per transmutationē cū sint termini per se: sed cō sequuntur aliqd ens qd per se est terminus h;. C Et notā dūz qd quāuis motus incipiat esse post non esse sine trāsmutatione cuius sit terminus per se: qz per se motus nō terminatur ad motus: sed ad aliud vt quātitatē 7c. tamē

T.c.24

T.c.12

T.c.17. 7.20.

Lōm.4

Rationes mot? depēdet ab aliquo agēte per se. priores cōcedēde sunt vjs suis: quia cō

cludunt qd nō sunt facte sine motu p̄mo mō: vt dictū est. C Necessē quidem igitur potens secunduz ex cellentiā tanta: 7 que infra posse: puta si ra lenta centum tollere 7 duo: 7 si stadia centuz 7 duo posse ire: virtus autē excellētie. Tex. cōment. cxxvi. Questio. xxxi.



Onsequenter queritur. Utrum potentia rei materialis debeat esse determinata per ex cellentiā. Et arguit qd nō. Illud per qd de termi atur potētia debet esse tale qd si potē tia p̄t in ipsum p̄t 7 in alia. 7 hoc Aristo. p̄ bar in lra. sed aliq potētia est q̄ rsi possit in excellēs 7 ma ximū non p̄t in minimum. vt si visus p̄t videre stadiū nō opz videre minimum stadiū.

C Oppositū vult Aristo. in lra. qd virtus est excellētie 7 determinata ad excellētissimū. 7 hoc idem vult Lōmē. qd potentia dicit̄ duplr. Vno modo est p̄nci opationis. 7 illa est duplex fm̄ Auer. quedā est actiua: 7 illa est p̄nci trāsmutan di ab altero vel fm̄ qd ab altero: vt ps. s. metaph. vñ etiā dicit Lōmē. in. 3. qd potentia actiua mouet illud cui attri buit: sed potentia passiuā est illud per qd mouet illud cui attribuit. Potētia methaphorice: fm̄ similitudinem ista inuenit̄ in diuinis: qz dicim? qd intelligentia p̄t esse intelligentia: 7 deus potest esse deus: 7 sic non accipit po tentia pro actiua vel passiuā: sed accipitur pro non repu gnantia: vt intelligentia p̄t esse intelligentia. i. intelligē tie non repugnat esse intelligentia. C Siml etiā dicimus qd nulla intelligentia liberata est a potentia simplr. i. fm̄ similitudinem. i. fm̄ perfectionē p̄ter deuz: qm̄ omnes alie substātie a deo habet aliqd diminutionis 7 imperfe ctionis: vt vult Lōmēta. 3. de aīa. C Sciendū qd tñ cuz querit̄. vtrum potentia rei nālis sit fm̄ excellētia loqui mur de potētia actiua vel passiuā que est p̄ncipiū opatio nis. C Per hoc vdm est ad questionem: qd potētia rei na turalis est excellētie: 7 debet determinari per excellē tiam: qz si aliqs determinat̄ in potentia sua debet h; esse per excellētiā. i. per maximum 7 non minimum: vt si ali quis potest leuare. 100. libras. ille potest leuare. 10. er go determinatur per. 100. sic potentia determinatur per excellētiā in quantum p̄t. Vnde etiā in antiqua tran slatione dicit̄ qd virtus est vltimū potentie: vñ p̄t sillo gicare sic. per illud determinat̄ potentia in qd si p̄t: p̄t etiā in alia: sed si aliquis p̄t in excellētiā ille p̄t etiā in minimum. vel qui habet potētia leuandi. 100. libras etiā h; potētia leuandi. 50. libras. 7 nō ecōuerso. C Et con firmatur. potentia rei debet esse determinata per illud per qd est determinatū 7 vñ: 7 nō per illd qd est indeter minatū 7 multa: qz non notificat aliqd nisi per finitū: qz per infinitū nihil notificat: sed excellētiā est determinatū 7 vñ: vt qd potētia habet leuandi. 100. libras hoc est determinatū 7 vñ: qz nō p̄t in plura q̄ in vñ istud: s; que sunt sub eo sunt indeterminata 7 multa: vt. 70. 7 60. 7c. C Sciendū cū quedam sit potētia actiua quedaz passiuā: nō equalr determinant̄ per excellētiā eandē: qz potentia actiua determinatur per excellētiā que est in re extrinseca 7 in obiecto virtutis realis: vt dictus est de potētia leuandi. 100. libras. sed potentia passiuā deter minat̄ per excellētiā que est in virtute mer: 7 nō in ex trinseco: vt potentia visiva per actū excellētiā determinat̄ que est resp̄cū minimi visibilis. vñ si p̄t pati ab illo minimo 7 a maximo 7 nō ecōuerso. C Notādū tñ qd de

T.c.ii. 7.ii.7.

T.c.17.

Lō.5.

T.c.7

T.c.6.

T.c.16.

Lō.ii.6.

numero potentialū passiuarū quedā est organica vt visi ua auditua: 7 de ista h; veritates qd determinat̄ p excel lētiā q̄ est in potētia 7 p̄ actū respectu minimi obiecti qd p̄t p se existere. C Alia est potētia nō organica. vt itelle ctiaua 7 de illa nō est ita qd determinat̄ p actiuuz minimi itelligibilis: qz nō feqtur: qd p̄t itelligere minus p̄t itel ligere maius: sed si maiora potest itelligere 7 minora. sicut patet 3. de anima.

Ad rationes in contrarium. illud per qd poten tia 7c. cōcedit̄. Et cuz dicit̄. aliqua potentia 7c. verū est per minimum qd est itelligere extra. tamē per excellētiā que est in virtute visiva. qz ille act? est maximus respecta minimi illius rei visibilis: 7 hoc ē excellētissimū in illis. ideo non valet.

C Et vtiqz siquidē ipossibile tantū secunduz ex cellentiā dicentibus 7 plura impossibile: pu ta non potens mille ire stadia: manifestū quia mille 7 vñ. Tex. cō. cxxvi. Qd. xxxii.



Onsequenter querit̄. Utrū impotētia vel nō potētia sit determinata per minimum in quod non p̄t. Arguit qd nō. qz si eēt minimum in qd nō possit potētia: tunc continuuz esset cōposi tum ex indiuisibilibus: qd est falsum. vt ps. 6. physicoz. 7 in li. de lineis indiuisibilibus. 7c. p̄bat. qz si minimum est in qd nō p̄t accipiat̄ in exēplo. qz minimum in qd nō p̄t potentia que leuat. 100. libras sit p̄mū illud minimum super. 100. vel illud est equale. 100. vel magis vt minus. nō p̄t esse equale cum. 100. qz qua rōne virtus il la possit in. 100. 7 in illud minimum cum sit equale: nec p̄t esse minus. qz qd p̄t in maius: p̄t etiā in minus. ergo re linquitur qd sit maius: modo tūc illud minimum vel exee dit. 100. in in iudisibili vel in diuisibili. nō p̄t in indiuisi bili dicit̄. qz nihil excedit qd esse alterius in aliquo nisi sit cōpositū ex illo: qd est falsū. qz indiuisibile additū alicui nō facit ipsum aliud excedere q̄titate. qz indiuisibile ni bil auget. ergo i diuisibili excedit illud. tūc id diuidat̄: 7 remota parte ab eo vel p̄t in residū vel nō. Si p̄t in residū tunc id non fuit maximum. 100. in qd potuit. Si nō p̄t in ipm̄: tunc id non fuit minimum in qd non potuit. quia illud est minus eo.

C Opposituz attribuit̄ Aristo. in littera. vnde dicunt ex positores: qd sic potentia naturalis determinat̄ ad maxi mum sic impotentia determinat̄ ad minimum.

Unde sciēdūz qd aliqui dicūt qd lz sit dare ma ximuz in qd p̄t potentia nālis: tñ nō est dare minimum in qd non p̄t. vnde etiā Aristo. B non dicit in lra. qz dicit qd nō p̄t in minus nō p̄t in ma ius. etiā isti dicunt qd nō est simile de posse 7 nō posse. qz potentia est res nālis: 7 etiā determinata ad maximum: s; impo diē defectū: 7 iō si potētia terminat̄ ad maximum nō o; qd impotētia determinat̄ ad minimum. C S; illud dif ficile est demonstrare. qz est 3 Lōmē. expresse qui dicit qd sicut potētia ad maximum determinat̄ sic defectus ad mi nimum impotēst esse vna dictio. i. non posse. vñ lz Ap. in lra. nō dicat expresse qd bene dicit qd nō p̄t in minus nō p̄t in maius: sed de diminutiōe nō dicit 7 expositores volūt qd Aristo. intelligat minimum. vnde si aliquis nō p̄t plus leuare q̄. 100. marcas. illa vltima. 100. marcas multa sūt 7 habent latitudinē. vt. 1000. 200. 7c. tñ p̄mū est vnum 7 minimum in qd nō p̄t. 7 p̄t formari ratio. Sicut se h; po tentia ad maximum sic ipotentia ad minimum. per conue nientes similitudinē: sed potētia est determinata ad ma ximū. ideo 7c. C Et confirmat̄. res nāles debent eē de terminatē ad maximum 7 ad minimum. sed impotētia ē res

nālis: sicut ges q̄ est puatio motus est res nālis vel 7seg tur rem nālem. sllr impotentia est res nālis cū sit puatio rei nālis. ergo est determinata ad minimum.

Ad rationem vdm. si ita esset 7c. 7c. negatur. Et cū dicit̄. accipiat̄ p̄mū mini mum 7c. vdm qd est maius. 7 cum dicit̄. vel excedit in di uisibili 7c. dicendū qd illud nō est indiuisibile vt p̄ctus vel vñtas. qz sic nō redderet maiores quātitatē. qz indi uisibile additū alteri nō reddit maiorem q̄titatē. vnde est diuisibile fm̄ quātitatē. qz h; partes extra partē: ta men est diuisibile fm̄ auferibilitatē. vnde nō p̄t aufer ri vna pars que diuisim 7 seorsum existat. qz resolueret̄ in continēs. qz auferibilitas est determinata ad minimum. ergo in illo est minimum qd p̄t auferri: lz sit diuisibile s; quātitatē 7 partes in toto. vnde sile est qd dicit Aristo. s; physico. in illo cap. p̄ncipiū aut̄ consideratiōis. dicit qd si multe gutte cadūt remouēt aliqd de lapide: 7 id est multū sicut gutte multe sunt: tñ quelibet gutta nō remo uet vnam partē p̄us tpe a lapide q̄ aliaz: sed simul remo uentur a lapide. qz non possunt seorsuz 7 diuisim existere: lz quelibet sit diuisibile vt est in toto: tñ successiue est mi nimū. vñ partes in toto sunt potētia. vñ lz in vna massa remoueat̄ magna pars post aliam: tñ in illo est deuenire ad minimum qd h; multas partes in toto 7 quelibet dui sim nō requirit̄. qz non p̄t existere per se. vnde sic est in pposito: qz illud in quo excedit id. 100. sit diuisibile s; partes quiditatuas in toto: tñ seorsum nō est diuisibile qd possit per se quelibet partū existere. ergo ratio illa nō concludit. Et sic dictum sit de hoc.

C Impossibile igitur 7 semper quidez aliqd esse: corruptibile autem esse 7c. Textu com menti. cxxxi. Questio. xxxiii.



Onsequēter querit̄ circa illud cap. 3. Deter minatis aut̄ bis. Utrū aliqd sempiternū pos sit eē corruptibile. Et arguit qd sic. illud qd h; 7riū est corruptibile. qz corruptio est a 7rio 7 inter 7ria. vt p̄ p̄mo de generatione. 7c. 50. sempiternus. ex. s. phy. sed motus celi h; 7riū. vt Lōm. 7. c. 81. mentator dicit. qz quietez h; 7rias. C Itēz qd h; mām 7c. 86. h; est cor? 7c. h; dico mās subiectā forme subali que est in iz. m. 41 potētia ad esse 7 ad nō esse. qz potētia mē est cā genera tionis 7 corruptionis sicut absctio est cā p̄tuitatis: sic dicit Lōmē. p̄ hui? sed aliqd sempiternū h; mām subie ctam forme subali: 7 est in potētia ad esse 7 ad nō esse vt ff. hūana 7 affina sunt p̄tue: 7 hnt mām que p̄t eē 7 nō esse: qm̄ aut for. vel indiuidū nō corrūperet̄. C Itēz oē genitū est corruptibile p̄mo h;. qz genitū 7 corruptibi le cōuertunt̄ sicut igenitū 7 icorruptibile: sed aliqd sem piternū est genitū. quia qd depēdet ab agente est genitū 7 actū: sed aliqd sempiternū est h;. vt dicit Lōmen. in de suba orbis. qz celū non solū indiget virtute mouente: sed etiā virtute largiēte sibi esse 7 existentiā: 7 nulla est 7ria inter indigentia virtutis actiue in corpore simplici 7 cōpo sito vel gnābili 7 ingnābili 7c. 7 cū celum sit perpetuū: 7 habet agens. ideo videt̄ qd sit genitum.

C Oppositū credit Aristo. se demonstrare in littera. qz di/ cit qd omne sempiternuz est ingenitum 7 incorruptibile 7. 125. 7 nullum sempiternum est corruptibile: 7 hoc idem vult Commentator 7 expositores.

Notandum qd non est dubium. qd fm̄ Aristo. in tentionem esset dicendū qd nullum sempiternū esset genitū. qz impossibile est sempiternuz esse corruptibile: 7 hoc p̄bat Aristo. supponēdo duo p̄nci

T.c.16. dd

pla. quorum vnū est. possibile posito in esse nullus sequit̄
impossibile. lz possit sequi falsum: qd est nāliter intel-
ctum aliud supponit qd impossibile est vnū r ides esse r
non esse simul. qd p̄ma dignitas est. nō cōtingit idē esse r
non esse simul. ¶ Ex his p̄bat cōclusio. illud est impos-
sibile corūpi qd si poneret corūpi in esse sequeret ipos-
sibile: sed si sp̄ ens ponit corūpi: sequit̄ impossibile qd sp̄
ens corūptū esset: qz perpetuū dicit̄ esse sp̄ r non esse. qz
genitū est qd iam est r p̄us nō fuit. modo signet̄ illud in-
stans vel hora in quo sit possibile nō esse r cū sit corūpti-
bile nō est. r tu ponis semp esse. ergo in eodē instanti est
r nō est. ¶ Et confirmat̄. si aliqd sempiternum est corū-
tunc sequit̄ qd potētia ad esse r nō esse nō distiguūt in tē-
pore: sed h̄ est incōueniēs. qz in omni qd pōt esse r nō eē
tps potētie ad esse r nō esse distiguunt̄: sed si aliqd pōt
esse r non esse: tunc nō distiguunt̄. n̄a p̄s. qz qd semper
est ponit̄ in tēpore infinito semp esse r incorruptibile. r
qz corūptibile r in eodē pōt non esse: qz extra tps in fini-
tum nō est tps. ¶ Sed si dicat̄. aliquid est corūptibile
de natura sui r ppetuat̄ ab alio: de h̄ fiet questio sp̄alis.
¶ Utrū illud qd est corūptibile de sui nā pōt perpetuari
ab alio qd est extrinsecū sibi. ¶ Et notandū qd per eadē
rōnem pōt p̄bari ex p̄ncipys Arist. fm naturā qd impos-
sibile nō ens p̄ncipys sit generabile. qz anteq̄ ens si
esset generabile: tunc ides esset simul r nō esset: sed illud
est impossibile qd si ponat̄ esse sequeret ipossibile: sed si sp̄
non ens ponit̄ generabile: tunc idem simul est r non est.
qz si nunq̄ est semp ponit̄ nō esse rē. qz ponit̄ generabi-
le: r illud h̄s veritates tā de subali q̄ de accidentalē p̄di-
cato qd est semp nō ens esse generabile. qz implicat̄ con-
tradictionē eandem. vnde semp est eadē r ex eisdē p̄-
cipys: sicut nullum sempiternū est corū- sic nullus semp
non ens pōt esse generabile. ¶ Et confirmat̄. semp ens
r non ens opponunt̄ sicut omnis r nullus. modo impos-
sibile r necessarium sunt opposita. ex 2: p̄biermenias.
modo si oppositū in opposito r ppositū in pposito. illa
regula nō fallit in p̄dicatis per se. modo oē semp ens ne-
cessariū est esse ex p̄dictis. ergo semp nō ens ipossibile ē.
vnde locus. si oppositū in opposito rē. modo si semp nō
ens esset generabile: tūc nō esset ipossibile non esse. ergo
semp non erit r etiā erit. ¶ Notandū qd aliqui dicūt qd
semp nō ens aliqd dicere generabile pōt teneri: r semp
ens corūpi pōt teneri: etiāz cōtradictio Arist. qz pōt esse
aliquid r non esse simul in eodē instanti tēpore: sed non
nature. sed hoc nō valet. qz si aliquid pōt esse r non esse
in eodem instanti tēpore: tunc instans nature. qz opz il-
lud instans nature esse indiuisibile: quonā si esset diuisi-
bile: tunc melius posset esse in illo q̄ in instanti tēpore.
qz magis diuisibile est. ergo est indiuisibile. vel est suba
vel accidens vel nihil. nō pōt esse nihil. tunc ex nihilo ali-
qd esset r nō esset: qd est ipossibile. Si suba indiuisibili-
tunc aliquid h̄s esse r nō esse in intelligētia indiuisibili:
qz intelligentia est suba indiuisibilis: qd est ipossibile.
Si est accidens indiuisibile vel reducīt ad cōtinuūz vel
discretum. Si cōtinuū vel est permanēs vel successiuū.
Si permanens tunc est punctū: tunc aliquid h̄s eē r non
esse in p̄cto indiuisibili. Si est successiuūz tūc est istās
tēporez. r tunc redibit idem qd in eodez instanti tēporez
h̄s esse r non esse. qz indiuisibile nō est successiuū nisi in-
stans tēporez. non pōt aut̄ dici qd sit indiuisibile accidēs
qd reducīt ad discretū. qz tūc eēt vnitas: r aliqd i vnita-
te indiuisibili esset r nō esset. ¶ Sed aliquis posset dice-
re qd illud indiuisibile r instans nature: nō est posituum
aliqd nature lz est negatio. tūc oportet dici qd sit negatio
p̄ris r posterioris in cā. qz bene dicimus qd homo r riss-

bile sunt in eodem tēpore: sed non sunt simul natura. qz
vnum est causa alterius: vt homo est cā rissibilis vt sic. qz
p̄us est natura tanq̄ causa: r tamen non est p̄ius tēpore.
cum ergo aliquid sit p̄ius r posterioris fm naturam: tunc
hoc est posituum. ergo indiuisibile est fm naturā: r si sit
negatio o3 qd sit negatio p̄ris r posterioris in causa: r sic
fm carentiam esse p̄ris r posterioris: tunc in eodē tēpo-
re simul cōtradictoria vera essent. qz tunc esse r nō eē si-
mul in eodem instanti nature sunt fm carentiam cause
p̄ris r posterioris. quia neutrus est causa alterius: vt nō
esse non est cā esse nec econuerso. r sic simul sunt in eodē
instanti. ¶ Sed istud non p̄iudicat diuine potētie r fi-
dei. quia veritas est qd deus potest aliquid nūq̄ erit
facere generabile r sempiternum corū- sed hoc est super
naturam. qz ex sensibilib⁹ non pōt demonstrari: qd si de-
monstrari posset: tunc nō haberemus meritū credendo.
vnde diuina potētia plus facit q̄ intellectus vnq̄ potest
concipere. Et rationes Arist. vadent qd idem esse in eo-
dem instanti r nō esse rē. Dicendū qd sequitur fm naty-
rā. sed de⁹ potest facere hoc ē deducere qd nulla erit con-
tradictio: sed in hac vita ignoramus quomodo euitare-
tur illud impossibile.

Per hoc ad rationes respōderet Arist. Ad p̄maz
omne qd habet cōtrariū rē. conceditur
vt sic. Et cum dicit̄. sempiternū aliqd rē. dicendū qd non
est verum. qz motus celi fm totūz est sempiternus: r sic
non opponit̄ sibi quies. quia sic non incepit nec desinet:
sed fm partes incepit r desinet. qz vna reuolutio p̄cula-
riter succedit alteri: r sic quies opponit̄ ei. qz quies que
nūc est respectu crastine reuolutiois opponitur crastine
reuolutioni: sed secus est de substantia que nō habet op-
positam quietem. quia vna pars nō succedit alteri. ergo
sempiterna substantia nec fm totum nec fm partes habz
quietem cōtrariam: r ita debet intelligi dictū Lōmenta. iz. m. 4i
¶ Ad scōm. cum dicit̄ qd habet mām rē. conceditur. Et
cum dicit̄. aliquid vt celum rē. dicendū qd non h̄s mām
que sit in potētia ad esse r ad non esse. r cuz dicit̄ de sp̄e
humana rē. dicendū qd h̄s mām in indiuiduis in potē-
tia ad esse r non esse. r sic corūpif in indiuiduis. Et cuz
dicit̄. si est perpetua verum est. qz totum non corūpif r
simul quo ad omnia indiuidua. qz semper manet: sed idē
uiduum corūpif. qz non semp manet: sicut. si. sed corū-
pif fm partes successiue. ¶ Ad tertiu. omne genitū rē.
cōceditur. cum dicitur. aliqd sempiternū rē. negat̄ acci-
piendo genitū qd est r p̄us nō fuit. qz tūc simul esset ens
r non esset. ad p̄bationē. omne qd dependet rē. verū est
si dependet ab agente vt distinguitur cōtra finem. r cuz
dicitur. celum rē. dicendū qd nō dependet ab agente vt
distinguit̄ contra finem: sed accipit̄ ibi agens p̄ fine sub-
stantie r dixit hoc: vt distingueret etiam inter motū celi
r substantiā: qd non solū motus dependet a virtute mou-
ente: sed etiam substantia celi dependet a virtute actiua
i. fine cōseruante suum esse r non solum motus. vnde di-
cit qd totūz mouens est totum agens quātū ad finē sube.
¶ Unde non vult dicere qd dependet a virtute actiua
tanq̄ vero agente. qz dicit 4: b̄uius. qd celūz de quatuor
causis h̄s duas vt formas r finem. qz non habet p̄p̄ius
efficiens r materias. vnde dicit r in. iz. qd in corporibus
celestibus non est consecutio cause ad causatūz proprie
vt efficiens: sed est consecutio prouentus ad finem. quia
agens verum apud Arist. non extrahit nisi illud qd est
in potentia ad actum rē.

**Corruptitur igitur quādoq̄ corruptibile:
r si generabile factum est: possibile enim fa-**

T. cō. 5.

T. c. izi.

t. c. izz.

Lōm. p.

Lō. 4

ctum esse. r non semper quidem esse. Tertu
cōment. cccxxxiii. Questio. cccxxxiii.



Donsequenter querit̄. Utz omne generabile
ex necessitate generet̄. Arguit̄ qd non. qz si oē
generabile ex necessitate generet̄: tūc oia fu-
tura de necessitate euenient que sunt futura:
sed hoc est falsum. r 5 Arist. p̄mo p̄bierme.
r 6 metaph. qd nō oia de necessitate eueniūt que futura
sunt. qz tunc nō oportet cōciliari r negociari. n̄a ē ma-
nifesta. qz postq̄ omne generabile de necessitate genera-
bitur: tunc omne futurū de necessitate eueniet. qz gene-
rabile de necessitate generari nihil aliud est q̄ futurū ex
necessitate euenire.

Oppositus arguit̄ sicut se h̄s corūptibile ad cor-
ruptionē sic generabile ad generatio-
nem: sed omne corūptibile ex necessitate corūpif. qua-
re rē. maior p̄s per cōuenientē similitudinē. minor p̄s ex
p̄dictis fm Arist. qz nullū sempiternū est corū- r nullus
corūptibile est sempiternū. qz negatiua cōuertit̄. r ex h̄
sequit̄ corūptibile necessario corūpi.

Dicendum est ad questionē fm p̄ncipia Arist.
que si tenent: tunc videt̄ ex intētie
eius omne generabile ex necessitate generabit̄: r h̄ siue
sit suba simplex siue cōposita: vel accidens reale vel itē-
tionale: qd apparet per eandē rōnez per quā p̄buit nul-
lum sempiternū esse corūptibile. qz ratio illa h̄s eandēz
virtutē quātū ad yrāq̄. id impossibile est corūpi: qd si
poneret̄ corūpi sequeret̄ impossibile. qz posito possibili
in esse nullus sequit̄ impossibile: lz possit sequi falsus: sed
si sempiternū esset corūptū sequeret̄ ipossibile. i. qd idē
simul esset r nō esset cōponendo simul esse cū esse r non
esse: sed h̄ ē cōtra p̄mā dignitatē. nō cōtingit idē simul eē
r nō esse. Qz aut̄ sequeret̄ p̄s. qz signa istās in quo sit cor-
ruptum in illo nō. vt ponis modo. qz tunc semp est in il-
lo eodem instanti nō est. r ex h̄ sequit̄ cōuersa eius. quia
nullum corūptibile sempiternū est. ex his sequit̄ qd oē
corū- de necessitate corūpif: r si ista nō est dem̄tatiua:
tunc per eandē rōnē deducet̄: qd omne generabile de ne-
cessitate generabit̄. illud est ipossibile quo posito in esse
sequit̄ impossibile: h̄ maior p̄bata est p̄us: sed si semp
nō ens esset: eēt generabile: tunc idē simul esset r nō eēt:
sed h̄ est ipossibile vt p̄us p̄batus est. n̄a p̄s. qz signa in-
stans in quo generabit̄: r in illo h̄s eē. qz in illo instāti ge-
nerabile est in quo generatū est: sed ponit̄ semp nō esse.
vnde tūc nullū semp nō ens est generabile p̄uertit̄ nega-
tiua vltis nullū generabile est semp nō ens: r ex his seque-
tur omne gnābile de necessitate generabit̄. ¶ Itē semp
ens r sp̄ nō ens sunt opposita sicut ipossibile r neciūz. Ex
h̄ sic. omne semp ens est neciūz eē. ergo omne sp̄ nō ens
est ipossibile. aīis p̄s. qz illa p̄uertunt̄. n̄a p̄s. si oppositū
in opposito r ppositū in pposito. lz sp̄ ens r semp nō ens
opponunt̄ ex vna parte sicut neciūz r ipole ex alia par-
te. modo qd ipossibile est nō est gnābile. ergo qd nūq̄ est
nō est gnābile. mō cōuertit̄ in istaz. nullus gnābile semp
nō est. r ex his sequitur ista. omne gnābile de necessitate
babebit eē r non pōt h̄e eē nisi per generationē. ergo oē
generabile de necessitate generabit̄. ¶ Cōtra h̄ arguit̄.
si oē gnābile de necessitate gnābit̄. tūc tollitur cōtingēs
ad vtrūlibet. modo de rōne cōtingētis ad vtrūlibz est qd
possit esse r nō eē: r qd pōt nō eē nō est neciūz eē. ergo tol-
litur cōtingēs ad vtrūlibet. ¶ Si tollit̄ libertas arbi-
trij. quia de ratiōe arbitrij liberi est qd possit velle quod
nūq̄ pōt velle: r pōt facere r pōt nūq̄ facere: qz ad h̄ qd
bō habeat libertatē arbitrij regit̄ qd possit velle r qd id

possit nunq̄ velle r posse facere qd nunq̄ faciet: sed si oē
generabile de necessitate generet̄. tūc act⁹ voluntatis de-
terminat̄ necio ad eē qd nunq̄ possit nō eligere vel non
facere. r per hoc tollit̄ pena malozū r p̄miū bonozū. quia
ex his que de necessitate in sunt non cōtingit vituperari
vel puniri vel p̄miare aliquē vel laudare. modo oēs act⁹
humani ex necessitate eueniēt. r hoc est 3 oēs leges que
dicunt qd aliqui sunt laudandi r aliqui vituperandi r aliq̄
puniendi r aliqui p̄miandi. ¶ Itēz ponat̄ qd iste hō mo-
riatur anteq̄ cogitauit triangulū h̄e. 3. r tū possibile est
ante mortē ipm cogitare. tūc querit̄. vtrū ante mortem
habuit potētiā vel non. Si habuit potētiā cogitandi:
tunc ille actus cogitandi fuit in eo gnābilis r nūq̄ gene-
rabitur. qz mortuus est. Si dicit̄ qd nō habuit potētiā
cogitandi hoc falsus est. qz potētia cogitandi sequit̄ for-
mam humanā: r ipse habuit nām humanā. ergo habuit
potētiā cogitandi: r actus cogitandi potuit generari in eo:
r tū nunq̄ generabit̄. ¶ Itēz si ita esset tunc nihil esset
frustra: sed frustra est qd ordinatus est ad acquirēdū ali-
quē finem que nō acquirit̄: sed si omne generabile de ne-
cessitate generabit̄: tūc omne natū attingere aliquē finē
de necessitate attinget ipsuz: r ita h̄ est difficultas. qz ex
vna parte est 3 p̄mā dignitatē. ex alia parte sequit̄ mul-
ta incōueniētia. Si quis vult tenere p̄ncipia Arist. tunc
sicut nullum eternū est corūptibile sic nullū semp non
ens est generabile. r per p̄ns nullū generabile est semp-
iternū. r per p̄ns. oē generabile de necessitate generabit̄.
¶ Ad p̄mū dōm cum dicit̄. si ita esset rē. dicendū qd nō
tollitur contingēs ad vtrūlibet. Et cū dicit̄. de rōne con-
tingētis est rē. dō. qd de rōne p̄tingētis ad vtrūlibz est
qd in aliquo tempore possit esse r in aliquo tpe non possit
esse: r nō est de rōne eius qd nūq̄ sit. vel si for. currat cras
ante currere pōt r in aliquo tpe non currere: r nō potest
nunq̄ nō currere. vnde postq̄ curret nō pōt nunq̄ cur-
rere. r hoc sufficit ad cōtingens. ¶ Ad aliud tūc tollere-
tur liberum arbitriū. dicendū qd non sequit̄. qz liberum
arbitrium est qd est grā sui. vt p̄s in p̄bemo metaph. si.
ergo liberum h̄s illud qd est gratia sui: licz ex necessitate
agat. vnde h̄ nō tollit libertatem: sed ageret gratia alre-
rius. Et cum dicit̄. qd aliquis pōt eligere rē. dicendū qd
non. qz eligit p̄pter intrinsecum qd pōt eligere h̄ qd non
aliud: r h̄ est de natura sui. nam deus h̄s maiorēz liberta-
tem r mouet vniuersale: r nō pōt nō mouere fm Arist.
qz de necessitate mouet r sic homo pōt eligere r non pōt
nunq̄ id eligere. qz homo ē gratia sui qd eligit: r est de ra-
tione libertatis qd nō eligat gratia extrinseci: r in h̄ differt
liber a seruo. qz liber nō vult eligere p̄pter extrinsecum
aliud sed grā sui. sed seruus eligit p̄pter aliud vt p̄pter
dominū: r hoc ē rōne libertatis qd eligat gratia sui: r nō
p̄pter aliud r non potest h̄ nunq̄ eligere. ¶ Ad tertiu.
cum dicit̄. tunc tolleretur punitio rē. dicendū qd nō seque-
tur. quia deus honoratur ex necessitate nature sue: qz est
bonus. vnde ad hoc qd aliquis laudetur: nō opz qd illud
qd potest facere possit nunq̄ facere: qz hoc nō est de ra-
tione honoris r laudis: sed sufficit qd in se sit bonum ad
hoc qd laudetur. r cuz dicit̄. que ex necessitate in sunt rē.
dicendū qd verus est si in sunt ex necessitate violentie. vt
si aliquis traheret per crines aliquē: r faciat maluz non
est vituperabilis actus: sed ex illis que in sunt ex necessi-
tate nature: qd impossibile est aliter se habere contingit
laudari: si sit bonum in se: r si sit malum in natura sua vt
tuperari. r similiter de pena r punitiōne. ¶ Ad quartū.
cum ponatur qd hic homo rē. tu queris. an rē. dicendū
qd in toto tempore precedenti non potuit cogitare ex ne-
cessitate. quia si aliquis in tota vita sua non videt impos-
dd z

stabile est ipm videre. Et cu dicitur. potentia cogitativa...

Ad argumētū cum dicitur. sicut se bz rē. cōcedi...

minata est in nā. nō tamē quo ad nos. r sic nō valz. C Si autem non consequuntur adinuicem...

Oppositum vult Lōmen. in isto pmo. qz vult q...

Unde dōbz fm pncipia Arist. r Lōmē. qz corruptibile...

bile ad semper non ens sic corruptibile ad semper ens...

Ad rationes in prius ruderet Arist. q de est...

Qd autem necesse consequi ex bis: manifestum...

Onsequenter querit. Utrum omne genituz sit corruptibile...

ma cui est puatio. ergo si ille homo corruptif: tunc puatio...

Opposituz vult Arist. in littera. ex intentione. n. pbat q...

Dicendum ad qōnē qz omne genitū est corruptibile...

Ad rationes si omne genitū rē. negat pna. cū dē...

Balam alit r hoc ex pzioribus: semper ens entis...

Onsequenter querit. Utrū omne corruptibile sit genitum...

Dicendum est ad qōnē qz omne corruptibile ē genitū...

T. c. 16.

T. c. 15.

a. t. c. izi in finez

T. c. 70

T. c. 70.

T. c. izi.

r. izz.

fit corruptibile. modo tunc ponat q corrupta. qz no est ro. qf plus in isto instati corrupta q in alio pterito: 7 sic sp fuit in pterito. 7 et potuit no esse in pterito sicut nuc pot corrupti ita in quolibz instati pteriti temporis: sed si esset genitū no esset sile. quare nuc plus qz pus no fuit: 7 sic potest esse per aliquā causam.

Per hoc ad rōnes. illud qd pcessit 7c. cōcedit. Et cum dicit. sed aliqd corruptibile 7c. negat. 7 cum dicit. potētia 7c. vdm q potētia ppinq no sp pfuit in tpe infinito q est disposita mā. qz potētia illa ad esse est terminata ex vtracq parte. ¶ Alia est potētia remota. tunc adhuc est difficile. qz videt q in tpe infinito pcessit. qz mā que recipit istā formā pus fuit in potentia in tpe infinito vel no fuit in potētia. Si no fuit tunc im- possibile est fieri. qz sicut nihil facit: qd impossibile est face re: ita nihil sit qd impossibile ē fieri. sed si fuit in potētia tunc sp pcessit in infinito tpe. ¶ Dicendū q potētia p pinq no fuit in tēpore infinito: sed remota pfuit in tēpo re infinito: 7 potētia remota dicit esse subm potens 7 re spectu illi sub. mō capiendū illā potētiā p subo poten te tū pcessit in infinito tpe. qz mā pma semp fuit in potē tia: sed si accipit pro respectu supaddito māe non opz qz semp pcesserit illa potētia. ideo rō illa no valet.

Sed adhuc neqz verū dicere nunc: qz est an nus prior: neqz annus prior. quia nunc est 7c. Tex. cōmen. CXXXVII.

Veritatem no eius qd tūc no esse: existit. n. actu ens: sed in āno priorē 7 in pterito tpe 7c. Textu cōmen. CXXXVIII. 26. XXXVIII.

Consequenter querit. Utz aliq potētia sit respēu pteriti. Et arguit q sic. si ad pteritū no eēt po tētia: tūc eēt impossibile: sed h ē falsus. qz icōue niēs ē q pteritū sit ipole. qz ipole est qd nūqz fuit nec est nec erit: sed pteritū fuit. pna pz. qz postq ad pteritū non esset potentia esset impossibile. quia illud est impossibile ad qd no est potentia.

Oppositū vult Arist. q no sit respectu pteriti. q no ē potētia respectu pteriti sic itel/ ligēdo q nulla potētia ē ad eē vī no eē i pterito. qz qd hz potētiā ad eē 7 ad no eē ad futurū. 7 sic itellexit Az. qz si potētia eēt ad pteritū: tūc seqt q pteritū posset eē in futuro: s; h ē falsus. qz ipole ē pteritū esse: q si eēt possibile in eē pteritū: tūc pteritū eēt pns: 7 sic pteritū 7 pns eēt s; qd est impossibile. pna pz. qz postq aliqd esset in pterito tūc pteritū posset esse. vñ sic intellexit Az. q si aliquid pōt esse vel no esse potētia re mota ab actu: illa potētia non est ad pteritū.

Ad argumētū si no eēt 7c. vdm q eo mō pteri tū est ipole quo mō potētia no est ad ips. s; po no ē ad pteritū vt sit. q ipole ē vt pteritū sit. s; ex h no seqt q no fuit. vñ pole est qd no repugnat sibi fuisse: sed repugnat sibi eē. vñ h solo de est puatus vt non faciat genitūm ingentūm 7 incorruptibile: sicut dicit Arist. in 6^o ethicozum.

Celum autem 7 eum qui sursum locū: antiq quidez dīs attribuerunt: velut existens soluz imortale. Textu cōmen. II. Questio. I.

Consequenter queritur circa scōz libz. 7 pmo cir ca pncipiū. qz Az. dixit q celum esset loc^o dei. Utrū hoc sit verū. Arguit pmo q no. qz incorporeū no est in loco. qz esse in loco est pprietat cor^o. vt 4^o pbyfic. 7. iz. meta.

sed de^o est suba icorporea intrāsmutabilis inalterabilis in tū q motozes orbū mouent sine labore 7 fatigatiōe. ¶ Itē locatū d3 esse equale loco. 4. pbyficoz. sed celuz non est equale deo. qz celū est finitū. vt pmo hui^o. s; de^o 7c. 4. est infinitus. vt pz. 8. pbyficoz. 7. iz. metaph. ¶ Item si celuz esset locus dei. deus moueret localiter: sed hoc est falsum. quia deus est immobilis. vt pz. 8. pbyficoz. pna pz. 7c. 46 qz qd est in loco est mobile. 4. pbyficoz. 7 qz locus que situs fuit ppter motum localem.

Oppositū vult Arist. in littera. in pncipio scōi q celum attribuitur deo. ¶ Itē etia di cit in pmo huius. omnes de dīs habēt existimationez: 7 locum qui sursum est attribuit deo: 7 hoc tā greci qz bar bari tanqz imortale coaptantes imortali.

Sciendum q deum esse in loco vt in celo potest intelligi dupliciter. vno modo circū scriptiue 7 contentiue: qd est fm inclusionem corporalī magnitudinis. Alio modo intelligitur deus esse in loco manifestatiue: 7 hoc fm excellentez 7 eminentez mani festationē virtutis eius. Pmū pz rationibus pdictis. Sed 2^o pbatur. in illo corpore qd velocissime mouetur 7 motu rarissimo 7 yniformissimo manifestat euidentis sime virtus dei: sed celum est h; vt pz. 8. pbyficoz. qz nullum corpus de mundo ita toznatum est 7 spericuz. qz excedit facturaz omnis artificis pter deum. 7 pz scōo huius. vnde etia Lōmenta. dicit scōo hui^o. capitulo. de 2^o positōis in celo: q Ari. ostendit in pby^o. vt in 8^o pby^o. coruz locum pmi motozis esse maximū circūluz maxi mi orbis: 7 ibi apparet potentia mouēdi velocissimi mo tus. quia maximus circūluz maximi orbis i equali tem pore maximum spacium pertransit: 7 hoc manifestat lo cum eius determinatum. quia dextruz est locus eius. qz ibi apparet maxime virtus.

Per hoc pz ad rationes. illud qd est in loco 7c. ve rum est circūscriptiue. mō deus non est in celo circūscriptiue: sed manifestatiue vt dictum est in positōne. ideo non valet.

Adhuc autem sine labore propter neqz vna indigere violēta necessitate que detineat pro hibens ferri aptum natum ipsum aliter. Tex. cōment. III. Questio. II.

Consequenter querit. Utrum celum moueat cum labore 7 fatigatione. Et arguitur q sic. il le motoz mouet mobile cum fatigatione: cui^o mobile resistit motoz. qz ex alio non videtur prouenire labor 7 fatigatio. nisi quia mobile resistit motoz: sed celum resistit motoz. quia dicit Lō mentator 4^o pbyficoz. q in omni motu est resistentia mobilis ad motozē. ¶ Item mobile qd mouet motib^o contrarijs mouetur cum labore 7 fatigatione. qz hoc mo bile fatigatur qd mouetur motib^o cōtrarijs 7 cōtra incli nationem sicut corpora animalū que mouent^o deorsum qui est opposit^o motui ad latus quo mouet alia. ergo fa tigtur. sed celuz mouetur motibus contrarijs vt orbis planetarū inferiores mouentur duobus motibus 7 tra riy vt motu diurno qui est ab oriente in occidentes 7 e^o. a proprijs motibus ab occidente in oriens vt dicit oēs. ¶ Item ille motus videt esse cum fatigatione cui^o mo bile aliquādo velocius aliquādo tardius mouet. qz ani malia que sunt hic dicimus: fatigari. qz aliquādo veloci^o aliquādo tardius mouent^o. sed corpora celestia sunt h; qz aliquando mouentur tardius 7 aliquando velocius. quoniam in vno tempore maiorem arcum transeunt in zodiaco. aliquādo vero minorem in alio tempore vt per

T.c.138

T.c.62

T.c.45
T.c.65



obseruationes astronomozum certas compertum est. ¶ Oppositum vult Az. in littera. q dicit q celum mouet^o tur motu incessanti sine labore 7 sine fatigatione: 7 Lō mentator. idem vult.

Sciendum q de celi motu diuerse sunt opiones: vt Az. recitat in lra. ¶ Aliqui dicūt ad hoc q celuz detineat superius 7 ne descēdat indiget virtute aiata que detineat 7 sustineat celū ne descendat vt isti posuerūt atblantē qui sustinet celū. h demuz Az. improbat h; cūter: qz est fallacia 7 no debemus assenti re fabule: q ponit celū eē graue. tūc. n. idigeret vtute susti nente ipm. sed pus demonstratū est celuz nec esse graue nec lenē. ¶ Alij dicunt q celuz detineat per velocitatē excellētie circūgyrationis: qz quis celum sit natum de scendere: tū qz velocius circūgyrat qz natū sit descēdere qz manet superius. vñ motus circūgyrationis pteantcipat velocitate motū descēsus: vt si aq ponit in vase qd hz fo ramen aliqd versus terrā tanqz apta nata sit sic descēde re: tū velocius pōt circūduci q aqua no descendit: qz mo tus circūgyrationis puenit motū descēsus deorsum. s; in vna vbi grossum corpus est terrefre: 7 si in aq circū ducit vna graue manet superius 7 no descendit ad fun dum: quis natū sit descēdere: s; impedit velocitate cir cūgyrationis. Az. improbat h; qz tāto tpe 7 perpetuo alij quid mouet a virtute violentāte 7 violente impole est vñ ille motus est violentus: 7 violenta no sunt perpetua. qz que sunt ex nām videm^o citissime deficere: vt pz p h^o. qz violentū est posterius nālī. mō poster^o impole est exi stere non exite pōri. ¶ Alia est opinio platonis: qz aia pu dens accepit cordi 7 sustinet 7 mouet celū. vñ dicit qz ex me^o ad extrema vndiqz pplexa incepit incessabile vitam 7 motū ad omne tps. ¶ Lōtra h dicit Az. qz aia que sic celū cogeret moueri 7 manere supius hēt tristitiā 7 care ret labore: s; hoc est incōueniēs: qz tūc aia celi esset igno bilior qz aia aialium que no mouet semp cū tristitiā: 7 cū prudenti labore. pna pz. qz postq inciperet illū motum cū tristitiā eū cogeret 7 retineret celum perplexa ei: sed beata tunc no est: qz beati et sine tristitiā est: qz optimū 7 delectabilissimū 7 locundissimū vult eē felicitas. pmo ethicoz. ¶ Itē caret robore prudenti omni conatu pru denter ad mouendum appō: qz q aliqd incipiat labora re 7 fatigari no est laudabile: s; ad tps sit laudabile: qz sicut dicitur in puerb. gloriosas aias labor nutrit: tamē no est laudabile: qz aia celi sic semp moueat cū tristitiā: qz tūc deterior esset aiaibus aialū que no semp mouent s; quiescunt aliq. ¶ Et sciendū q Lōmen. dicit de his dictis: qz ista oia sunt apologi. i. sermones vulgares quos ponunt legislatores: 7 sunt remoti a veritate 7 intellectu humano. vñ etia dicit in 3. pbyfi. in plogo qz apologi nre legis quos ponimus in ciuitatib^o corumpunt multa p^o neicia ppter p^ouetudinē. Et ipse Lōmēta. loquit^o de apo logia sue legis que sumit de lege maumeth. Et si loqret de nostra lege mentiret: qz omnia in lege nra sunt vera 7 pbata per miracula dei 7 creatoris gliosi. ¶ Tunc dōz est ad qōnem q motus celi non est cū labore 7 fatigatio ne: 7 h pbat rōne Az. qz si motus celi esset cū labore 7 fatigatione tunc motus celi laboriosus esset 7 magis fa tigtur 7 expers optime dispōnis: sed falsus est hoc q ce lum sit magis fatigtū 7 laboriosum 7 recedens ab opti ma dispōne. pna supponit: qz pz ex aialibus: quāto aialia magis laborant tanto magis fatigan^o: qz hō tū pōt am bulare q deficit homo ita q spūs 7 nerui corumpunt: qz talis potētia magis facta abuyit a suba. ¶ Itē pbat ex dictis Lōmētatozis qui dicit q cā fatigationis 7 labo ris in mobilibus est q mobile habet naturalem inclina

T.c.4

T.c.65

T.c.66

Lōm.3

tionem ad motum oppositum 7 alium terminū ad quem mouetur 7 mouet: vt anima mouet animal ad lat^o: 7 ani mal: quia graue nālem habet inclinationem ad motum deorsum qui opponitur motui ad latus quo mouet ania. ¶ Ex hoc sic. ille motus non est cū labore cuius mobile non habet nālem inclinationē ad motum oppositū illi motui quo mouet motoz. s; celū est h; qz mouetur circu lariter 7 nullam habet proxius inclinationez ad motum alium qz circūlarem: qz nullus motus est oppositū mo ui celesti nec fm totū nec fm partes: vt pbatur pmo hu ius: nec habet inclinationem ad motū deorsum nec sur sum: qz celum nec est graue nec leue: sed est neutru: vt di cit Lōmētator: 7 ita aia mouet ipz sine labore 7 fatigatio ne: quia est in mouendo in optima dispositione 7 delecta tione: quia Arist. dicit q entia illic existētia sunt inalte rabilia 7 intransmutabilia optimam vitam ducentia in toto eterno.

Ad rationes ille motoz 7c. dicendū qz resisten tia mobilis ad motozem dup^o est. Uno modo ex inclinatione naturali ad alium motum il li ad quez mouet motoz: vt corpus animalis habet natu ralem inclinationem ad motum deorsuz: quia graue est: 7 ille mot^o ē alius ab illo ad que mouet motoz vt aia mo uet: 7 vbi est talis resistentia ibi est labor 7 fatigatio. ¶ Alia est resistentia que est ex potētia mobilis ad actū: que tamē caret inclinatione naturali ad alium motum: 7 illa est in celo: quia est in potentia hoc quo motoz mo uet actum. 7 hoc dicit cōmentator. 4. pbyficoz esse ex tali resistentia non est labor 7 fatigatio. ¶ Ad aliud. mo bile qd mouetur contrarijs 7c. cōceditur. si est vera con trarietas. Et cum dicitur qz orbis 7c. dicendū qz mouentur motibus contrarijs: quia non sunt super eodē polos 7 axem: sed diuersos. vnde motus sunt disperati: sed si esset vera 7 trarietas: tunc oporteret qz mot^o essent super eodē polos sic dicit Lōmentator. ¶ Ad tertiu. ille motus 7c. verum est si secundum rem 7 veritatē est: sed si secundum apparentiam est: tunc non oportet: 7 cū corpora celestia 7c. dicendū qz non in rei veritate velo cius 7 tardius mouetur: quia semper equales arcus per transeunt in suo orbe in equali tempore. Et cum dicitur. plane 7c. sunt aliquando retragodi 7c. dicendū qz hoc non prouenit ex hoc q in rei veritate sint velocioris mo tus: sed sit propter motus in epiciclis: quia quando pla neta est in superiori arcu epi^o tunc veloci^o mouetur: quia mouetur motu epicicli. s; in inferiori tardius mouetur: quia oppositū motu deserētis circūli vt habet videri in astrologia.

Si autem opz celo adaptare aliquid talium 7 primum: quemadmodum diximus in ani malibus existens rationale existere in ipso. Tribus enim entibus vnūquodqz velut prin cipius quoddam est. Dico autēz tria sursum 7 deorsuz: 7 anterius: 7 opposituz: 7 dextrū 7 sinistrū: bas enīz distēnsiones rōnabile existe re corporib^o pfectis oēs. T.c. VIII. 26. III.

Consequenter querit circa 2^o caplz b^o 2^o. Utz orie pōnis soluz sint sex. Arguit p qz sint plu res: qz sicut est de motu augmētatiōis sic de motu gnōnis 7 nutritionis. per pueniētē s; v tudinē 7 etia magis videt de motu gnōnis: qz nobilior est gnātio augmētatione cū sit fm subz: sed augmētatio ē s; accūs: s; due orie sumunt s; motū aug mētatiōis 7 sursum 7 deorsuz. qre 7c. ¶ Itē sic ē de motu



senfus: ita est de motu intellectus per uenientē similitudine: qz sicut intellectus immutat ab intelligibili: ita sensus a sensibili: vt p3.3. de aia. s3 due dñie accipiunt s3 motu sensus: vt ante r retro: vt dicit in lra. ideo s3 motu sensus etiā due debent accipi. ¶ Itē sic se bz sensus sic r appetitus. sicut est in motu sensus: ita r in motu appetit: s3 fm motum sensus due dñie accipiunt: vt dictū est. iō rē. ¶ Item 4. arguit qz sint pauciores qz. 6. qz omnia sunt tria rē. vnde quaqz. ex p hui. s3 dimensiones. r dñie pōnis sunt de nā omniū. ergo tm sunt tres dñie pōnis.

T.c.2.

T.c.3.

T.c.7.

¶ Oppositus vult Aristo in lra: qui enumerat. 6. dñias positionis: r non plures: vt dextrū sinistrū sursum deorsum rē. vnde et reprobat opinionē pythagoricoz: qui non ponunt nisi dextrum r sinistrum.

